

Sight Recitation - Level 1  
Student Preparation Sheet  
10 minutes only allowed

CORIOLĀNUS

Coriolānus malus cīvis erat sed bonus mīles. Rōmānī nūllum frūmentum habēbant et timēbant magnam famem. Iam rēx in Siciliā Rōmānīs multum frūmentum dederat sed Coriolānus frūmentum pauperibus nōn dabat. Itaque pauperēs Coriolānum ex urbe exturbāvērunt.

5     Posteā Coriolānus dux Volscōrum erat et cum mīlitibus Rōmānīs pugnābat. Rōmānōs multīs pugnīs superāvit. Rōmānī clāmāvērunt: "Mox Coriolānus Rōmam occupābit."

10     Tum māter Coriolānī et uxor et filiū filiaeque ex urbe properāvērunt. Māter Coriolānum orāvit et obsecrāvit: "Dā, fili, salutem Romae." Respōnsum Coriolānī erat: "Salūtem, māter, dabō urbī meae. Servāvistī Rōmam sed tuum filium posthāc numquam vidēbis." Tum Coriolānus cum mīlitibus ab urbe properāvit.